

interrogatur. quia presens est eis qm̄ id capere possunt.  
Lumen rationis eterne ubi hec immutabilia uera cōspi-  
ciunt. non quia ea nouerant aliquando. et obliui sunt  
quod platonis uel talibus usum est. Contra quorum  
opinionē quanta pro suscepto opere dabatur occasio  
in Libro duodecimo de trinitate descriui. Hoc opus sic  
incipit. Volenti mihi multa. ac uaria meū.

*Incipit retractatio in libro de immor-  
talitate anime beati augustini.*

**P**OST LIBROS Soliloquorū. iam de agro  
mediolanensium reuersus. scripsi Librū de immor-  
talitate anime. quod mihi quasi cōmonitorium  
esse uolueram. pp soliloquia terminanda que im-  
perfecta remanserunt. Sed nescio quō me inuito exiit  
in manus hominū. et inter mea opuscula nominatur.  
Cui p̄mo ratiocinationū contorsione atq; breuitate  
sic obscurus est. ut fatiget cū Legitur. et iam intentione  
meam uixq; intelligatur. ame ipso. Deniq; cogitans ni-  
hil aliud q̄ animos hominū inquadam argumētatione  
eiusdem Libri dixi. nec esse in eo quod nihil discat disci-  
plina pot. Itemq; alio loco dixi. Nec ullam rem scia  
cōplectitur. nisi que ad aliquā p̄tinet disciplinā. Nec  
uenit in mentē deum non discere disciplinas. et hīc